Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift

habentes in desiderio finem eorum manere secum.
Sed quid leonardus pietate amabilis. caritate
laudabilis. amplectens eos fouebat uelut galli
na pullos suos sub alis. Robur erat ualidis.
et infirmis medicina. refulgens in templo dei tanquam
stella matutina. Iuit ad omnib; diebus uitae suae
in timore dei. cum uirtutum reuerentia. seru
ens conditori suo sine querela. Bonum denique
certamen certauit. legitime certando fidem ser
uauit. et fidem inuiolabiliter seruando cursum
consummauit. Post quam ad placuit altissimo.
ut de presenti egrederetur sexto. viii. id nouembris.
sanctissima anima eius recepta est in celum ab angelis.
Beatissimum uero corpus eius a fidelium turbis sepultum est
in ecclesia. quam ipse destruxerat ad honorem sancte dei ge
nitricis MARIE. et perpetue uirginis. simulque ecclesiam
in memoriam beati REMIGII remensium archiepon
tificis. In qua quidem ecclesia. diuina fiunt mira
cula. Nam ceci illuminantur. lepsi mundantur. para
litici sanantur. uariique omnium languores per intercessionem eius ibidem curantur. Prestante domino nostro ihesu
xpo. qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat per
omnia secula seculorum. amen.